HIERONYMI PALMA IVNIORIS

I. V. C. ET PATRITII LVCENSIS

HIERONYMI SENIORIS Celeberrimi ſui temporis Advocati
Ex FRANCISCO FILIO Inſigni pariter I. C.

NEPOTIS

LIBER PRIMVS.

ALLEGATIONUM

Per eum conſcriptarũ in Cauſis graviſſimis, et coram varijs Italiæ Tribunalib' vertentib'
VNA CVM REBVS SVPER EIS IVDICATIS, VT PLVRIMVM
INDICATIS
ET MVLTIS ETIAM EX DECISIONIBVS IPSIS PER EXTENSVM
RELATIS

OMNIPOTENTI DEO BEATISSIMÆ MARIÆ VIRGINI

SANCTISQVE SUIS TUTELARIBUS, ET PATRONIS

DICATVS

CVM DVPLICI INDICE, ARGVMENTORVM SCILICET, VNO OMNIVM CONCLVSIONVM ALTERO QVÆ IN HIS ALLEGATIONIBVS CONTINENTVR.

LUCÆ MDCLXXX.

Typis Salvatoris, et Fratrum de Mareſcandalis. *Superiorum Permiſſu.*

LECTORI

QUod nunquam in mentem incidiſſet, Candidiſſimè Lector, id mihi hac tempeſtate eveniſſe conſpicio, cum enim haſce meas allegationes intrà domeſticos parietes ęterno pulveri damnare decreviſſem, in publicum Orbis Theatrum audacitèr nimium prodiiſſe iam ſentio; Non me latebat harum imbecillitas, et benè noveram, quam ardua eſſet provincia, in Iuriſprudentiæ Cœlum, ubi tot primæ magnitudinis ſydera tàm clarè refulgent, ſplendoribus penitus deſtituto aſcenſum tentare; Sed amicorum preces ſuavitèr importunæ maiorumque meorum veſtigia, tàm recentèr impreſſa me glorioſè exprobrantia victoriam egerunt, prorſusque in cauſa fuerunt, quod ego à propoſito diverterem, ac ſententiam iamdiù animo tenacitèr impreſſam penitus abolerem. Etenim quoad amicos nimium audax potius videri malui, quam parum officioſus, quoad verò maiores meos, patere omnibus volui, mihi non animum illos imitandi, ſed vires deeſſe: Has igitur qualeſcumque ſint humaniter accipe, et ſi bonis haud diſplicere compertum habebo, ſummam votorum attigiſſe me ſcias, ſi verò malis haud placere cognovero, nimis felicem fortunatumque me eſſe intelligas velim, eò quod *malis diſplicere laudari eſt*, Sed præter hæc omnia, illud potiſſimum felicitatis loco erit, magnum aliquod laude dignum tentaſſe, *et quatenùs nobis denegatur diù vivere, reliquiſſe aliquid quo nos in via virtutis laboraſſe teſtemur*. Vale.

ARGUMENTA

SINGVLARVM ALLEGATIONVM, QVÆ IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

ARGVMENTVM.

ALLEGAT. I.

AGitur de probanda deſcendentia in antiquis, et quomodo probetur bona remanſiſſe in hæreditate Teſtatoris, multa de ſubreptione ad effectum, ut reſcriptum Principis non preiudicet, et plurima etiã ad materiam præſcriptionis, et an ei per partes renunciari poſſit, et quomodo.

ARGVMENTVM.

Allegat. 2.

QVeritur ân præſcriptio longiſſimi temporis ſit odioſa, vel favorabilis, dictiones perpetuitatem denotantes, ân extendant pręſcriptionem ultrà 30. annos, pręſcriptioni ân per partes renunciari poſſit, vel ſaltem uſque ad quod tempus prorogari; An competat reſtitutio in integrum adverſus præſcriptionem 30. et 40. annorum ex capite iuſtæ, et probabilis ignorantiæ, ex quibus hęc præſumatur, et quando cenſeatur petita.

ARGVMENTVM.

Allegat. 3.

VEnditio ad haſtam publicam de bonis ſubiectis oneri perpetuæ recompetæ Teſtamentariæ facta ex reſcripto Excellentiſs. Lucenſis Senatus cum privilegijs, quę per Statutum Curiæ Mercatorum lib. 3. cap. 4. conceduntur ementibus bona decoctorum non pręiudicat illis de familia vocatis per Teſtatorem ad beneficium recompetę, de quo in præcibus nulla fuit facta mentio, ſed in hoc caſu Agnati admittendi ſunt quandocumq; retrahendum bona talitèr vendita, etiam non obſtante 30. annorum præſcriptione.

ARGVMENTVM.

Allegat. 4.

HAbens facultatem nominandi ad Maioratum fideicommiſſum ſivè primogenituram aliquem incertum de certis, non poteſt electo, et nominato onera gravamina, et vincula apponere, neque etiam ad favorem, eorum, quos eligere poterat, ſubſtitutio ademptio ſeù privatio quando dicatur facta in pænam, et quando valeat, dum apparet facta in odium non implentis conditionem, quæ de iure non ſuſtinetur, conditio quando dicatur, et quando modus, et ex quibus id arguatur.

ARGVMENTVM.

Allegat. 5.

AGitur de eadem materia, et continet eaſdem quæſtiones, et articulos de quibus in prȩcedenti allegatione.

ARGVMENTVM.

Allegat. 6. 7.

COnceſſio nova feudi non præiudicat niſi recipienti, non autem alijs compræhenſis

ALLEGATIONVM ET RERVM IVDICATARVM SVPER EIS

D. HIERONYMI PALMA NEPOTIS

I. C. ET PATRITII LVCENSIS

LIBER PRIMVS.

PRO SP. HIERONYMO NIERI NOBILI LVCENSE

CONTRA

SPP. NICOLAVM, ET IO. BAPTISTAM DE ORSVCCIS

NOBILES LVCENSES.

SVMMARIVM.

1 *DEſcendentia probatur, ex ſide Baptiſmatis.*

2 *Deſcendentia probatur plenè per ennunciatiuas maximè in antiquis.*

3 *Itèm per præſumptiones, & coniecturas.*

4 *Probatio quod quis ſit maior natu ex quo deducatur.*

5 *Deſcriptio facta in teſtamento probat bona remanſiſſe in hæreditate teſtatoris.*

6 *Cauſam à grauato quando quis dicatur habere.*

7 *Bona quod remanſerint in hæreditate teſtatoris ex quibus probetur, & num. 8.*

9 *Hæres hæredis non poteſt impugnare aſſertionem ſui authoris.*

10 *Teſtis unicus Nobilis, & qui nullum habet intereſſe plenum probationis gradum conſtituit concurrentibus præſertìm adminiculis.*

11 *Confeſſione partis nulla melior datur probatio.*

12 *Res regularitèr tranſit cum ſuo onere.*

13 *Subreptio vitiat quamcumquè gratiam, priuilegium, ſeù conceſſionem.*

14 *Subreptionis exceptio habet locum quando fuerunt tacita illa, ex quibus Princeps, vel non conceſſiſſet, vel difficiliùs conceſſiſſet, & num. 18.*

15 *Princeps non ſolet abſquè cauſa ſubuertere ſeù derogare vltimis teſtatorum voluntatibus, & num. 16., & num. 28.*

17 *Subreptio non tollitur ex generalitate verborũ, niſi narratiua ſit talis, vt ex ea inferantur de neceſsè, quæ ſpecialitèr non fuerunt expreſſa.*

18 *Subreptio inducitur ex eo quod fuerit tacitum*

 teſta-

Pagina	Columna	Linea	Error	Correctio
643	2	54	poſt verbum *adder* deficit verbum	vt
645	2	50	deciſiones	deciſionis
657	2	49	poſt verbum *promittere* dele verba	gra mittere
665	1	58	ſucceden	ſuccedendi
666	1	9	94.	84.
668	1	13	coniectu	coniectura
670	1	13	diſcurſum	diſcuſſum
670	2	39	ceuſentur	cenſeantur
673	1	23	acderit	acciderit
673	2	48	pasatij	palatij

REGISTRVM

Omnes folij ſunt duerni preter ✠ qui eſt quaternus, & q q q q qui eſt ternus.

Omnes fol. 187.

LVCÆ MDCLXXX.

Typis Saluatoris, & Fratrum de Mareſcandalis.

DE LICENTIA SVPERIORVM.